

versum Orientem sparsit Epistolas de fide Catholica, & Apostolica, (2) confirmans tres Synodos Nicenam, Ephesinam, & Calcedonensem, vel tomum S. Archiepiscopi Leonis, & damnavit Eutychem, & Nestorium, (3) & Dioscorum, vel omnes sequaces eorum, & omnes hæreses, & confirmans auctoritatem, (4) & principatum Sanctæ Sedis Apostolicæ. Hic fecit constitutum de Ecclesia in Basilica ad Sanctam Dei Genitricem Virginem Mariam (5) consulatu Basilicæ, & Hermenerichi, 16. calendis Decembris.

Hic fecit oratoria tria in baptisterio Basilicæ Constantinianæ, S. Joannis Baptistæ, & S. Joannis Evangelistæ, & S. Crucis, omnia ex argento, & lapidibus pretiosis. Confessionem Sancti Joannis Baptistæ fecit ex argento, quæ pensabat libras centum, & crucem auream. Et confessionem S. Joannis Evangelistæ fecit ex argento, quæ pensabat libras 100. & crucem auream: & in ambobus oratoriis januas æreas, & argento clusas. In oratorio S. Crucis fecit confessionem, ubi lignum (6) Dominicum posuit, cum cruce aurea, cum gemmis, quæ pensabat pondus librarum 20. Fecit ex argento purissimo in confessione januas, (7) pensantes pondus librarum 50. Supra confessionem aureum arcum, qui pensabat libras 4. quem portant columnæ Onychinæ, ubi stat agnus aureus, pensabat libras duas. Coronam (8) auream ante confessionem. Pharos cum delphinis, quæ pensabat libras quinque. Lampadas aureas (9) numero quatuor, pensantes libras duas. Nymphæum, & triporticum ante oratorium S. Crucis, ubi sunt columnæ miræ (10) magnitudinis, quæ dicuntur hecanton, penta. Lacus, & conchas tripartitas 2. cum columnis porphyreticis ragiatis, (11) foratis aquam fundentes, & in medio lacum porphyreticum cum concha (12) assita in medio aquam fundentem, circumdatam à dextris, vel sinistris. In medio cancellis æreis, & columnis cum fastigijs, & epistyllijs undique ornatum ex musivo, & columnis Aquitanicis, & tripoliticis, & porphyreticis. Ante confessionem Beati Joannis coronam argenteam, pensabat libras viginti. Pharamcantharum, (13) pensabat libras viginti quinque.

- (2) *verba* & Apostolica *desunt* in A., & B.
 (3) A. & damnavit Euticum, & Nestorium, vel omnes sequaces &c. B. Eutichem, & Nestorium, & omnes sequaces.
 (4) A., & B. confirmans dominationem, & Principatum.
 (5) A. in Basilica ad S. Mariam Consulatu &c. B., & C. ad Sanctam Mariam fuit autem à Consulatu Basilicæ &c.
 (6) A. lignum posuit Domini. Crucem auream cum gemmis &c. B., & C. posuit lignum Dominicum in Cruce aurea cum gemmis &c.
 (7) B., & C. fecit januas argenteas &c. pensabat lib. XX.
 (8) B. fecit & argenteam coronam ante confessionem pensantem lib. X. farum argenteum &c. C. fecit coronam auream ante confessionem pensabat lib. X. farum argenteum &c.
 (9) B. lampadas aureas II. pensabat sing. lib. IV., & ita in C.
 (10) A. columnæ Ecaton pentalaicas, & conchas tripartitas duas &c. B., & C. columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Ecaton, fecit & pentalaicas, & conchas castriatas duas &c. D. columnæ Ecaton pentalacias &c.
 (11) A. rajatas aquam fundentes. B., & C. columnas Porphyreticas aquam fundentes circumdatis à dextris, & à sinistris cancellis cereis, & columnis &c.
 (12) A. lacum porphyreticum cum carajata in medio &c. D. cum conca usata in medio.
 (13) B., & C. farum cantharum argenteum &c.

- A) Item ad Sanctum Joannem intra Sanctum fontem lucernam auream cum nixis luminum decem, pensantem libras quinque. (14) Cervos argenteos tres fundentes aquam, pensantes sing. libr. triginta. Turrem argenteam cum delphinis, pensabat libras sexaginta. Columbam (*) auream, pensabat libras 2. In Basilicam Constantinianam pharacanthara argentea, quæ pendente ante altare (15) decem, pensabat singula libras viginti. Scyphum aureum, pensabat libras sex. (16) Calices aureos, pensabat singuli libr. I. Scyphos argenteos duos, (17) pensabat singuli libras decem. Alium scyphum aureum, pensabat lib. quinque. Calices ministeriales argenteos (18) viginti, pensabat singuli lib. 2. Amas argenteas quinque, (19) pensantes libras decem. Ad Beatum Petrum Apostolum, scyphum aureum, pensabat libras quindecim, (20) alium scyphum aureum cum gemmis prasinis, & hiacynthinis, pensabat lib. quatuor. Calices argenteos ministeriales decem, pensabat sing. lib. 2. Amas argenteas duas, pensabat sing. libras octo. Pharamcanthara argentea viginti quatuor, pensabat singula libras quinque. Ad Beatum Paulum Apostolum scyphum aureum, pensabat libras (21) quinque. Scyphos argenteos quatuor, pensabat sing. libras sex. (22) Calices ministeriales argenteos decem, pensantes sing. libras septem. Amas argenteas duas, (23) pensantes sing. libras decem. Ad Beatum Laurentium martyrem scyphum aureum cum gemmis prasinis & hiacynthinis, pensabat libras quatuor. Lucernam auream nixorum decem, pensabat lib. quinque. Scyphum aureum purissimum, pensabat lib. quinque. (24) Lampadas aureas duas, pensabat sing. libr. I. (25) Pharamcanthara auream, pensabat lib. 2. Turrem argenteam (26) cum delphinis, pensabat libras viginti quinque. Scyphos argenteos tres, (27) pensantes sing. libras triginta quatuor. Calices argenteos ministeriales (28) duodecim, pensabat sing. lib. 2. Altare argenteum, pensabat lib. quadraginta. Lampadas argenteas decem, (29) pensabat lib. 2. Amas argenteas duas, pensantes (30) libras decem. In Basilica Beati Laurentii martyris pharamcanthara argentea decem, pensantia singula (31) libras decem, canthara ærea 26. Ministeria

- (14) B. luminum X. pensabat lib. X.
 (*) B., & C. Columpnam.
 (15) B., & C. ante altare pensabat sing. lib. X.
 (16) A. alium scyphum aureum pensabat lib. V. calices aureos V. pensabat sing. lib. singulas.
 (17) A. scyphos argenteos V. pensabat sing. lib. X. B., & C. scyphos argenteos IV. pensabat sing. lib. VI. scyphos aureos duos pensabat sing. lib. VI.
 (18) A. calices minist. XX. pensabat lib. II. B., & C. calices minist. argenteos X. pensabat &c.
 (19) A. amas arg. V. pensabat sing. lib. X. B., & C. amas arg. II. pensabat sing. lib. V.
 (20) A. B., & C. lib. V.
 (21) A. pensabat lib. V. alium scyphum aureum pensabat lib. V. B., & C. pensabat lib. V. alium scyphum aureum cum gemmis pensabat lib. V.
 (22) A. pensabat sing. lib. V. calices ministeriales X. pensabat sing. libras duas.
 B. calices ministeriales X. pensabat sing. lib. VI. C. calices ministeriales X. pensabat sing. lib. XI.
 (23) B. amas argenteas V.
 (24) B., & C. scyphum aureum puriss. pensabat lib. X.
 (25) A. pensabat lib. B., & C. pensabat sing. lib. XV.
 (26) A. Turrem argenteam &c. pensabat lib. V. B., & C. turrem auream &c. pensabat lib. V.
 (27) B. argenteos IV. pensabat lib. XXIV., & ita in C. A. argenteos III. pensabat lib. XXIV.
 (28) A. calices minist. XII. pensabat libras II.
 (29) A. lampadas arg. X. pensabat lib. XX. B., & C. lampadas arg. X. pensabat singulas lib. XX.
 (30) A. B., & C. pensabat singula lib. X.
 (31) A. & singula *desunt*.